

A 231
4

oo
Lis.

Hist.

III. C. 3.

RECTOR ACAD. MAGNIFICENTISSIMO,
SERRANISSIMO YMINIBR,

DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

DOMINO MAGNIFICENTISSIMO,

INSTITUTIONEM THEOLOGICO-CRITICAM
A. B. P. O. L. I. N. O.

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

M. IOANNES GABRIEL PRIES,
DOCTOR THEOLOGICUS ET PRAECEPTOR

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS

FRANCIS HEREDIS RECKENBACHICO
MAGNIFICENTISSIMO AC MAGNIFICENTISSIMO
FRANCIS KOTZEL ET STANGARDIS



SERENISSIMO DVCI,
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

CHRISTIANO
LVDOVICO,

DVCI REGNANTI MEGAPOLITANO,

PRINCIPI VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI, ET RA-
CEBYRGI, COMITI ITEM SVERINENSI, TERRARVM
ROSTOCHII ATQVE STARGARDIAE
DOMINO,

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS CANCELLARIO,

ET

PATRONO MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO SVO LONGE CLEMEN-
TISSIMO,

DISSERTATIONEM HANC ACADEMICAM
SVBIECTIONIS, ET OBSEQVII DEVOTISSIMI,
DEVINCTISSIMI, ET GRATISSIMI ANIMI PRO MVNERE
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATO,

TANTO DVCL, ac PRINCIPI,
REGIMEN FELICISSIMVM,
VALETVDINEM PROSPERRIMAM,
ATQVE

SENECTVTEM IUVENTVTI SIMILLIMAM,
NEC NON

VNIVERSAE DOMVI DVCALI,
OMNIGENAM FELICITATEM

ARDENTISSIMIS VOTIS SIMVL EXOPTANS,
DEMISISSIMA MENTE

DAT, DICAT, CONSECRAT,

HVMILLIMVS SERVVS,

M. JOANNES GABRIEL PRIES.



ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. Textus authenticus cum versionibus.

II. Tractatio.

N. Antithetica.

a. circa verba **אין יהיה**

α. contra Iudaeos,

β. contra Seniores LXX, & alios.

b. circa phrasin **לקרא בשם יהוה**

α. contra eos, qui dictum de cognominatione
ex Dei nominibus agere contendunt.

β. contra illos, qui *aut* de insigni fiducia san-
ctorum, *aut* de inuocatione Dei in nomine
Messiae, *aut* de vocatione ad praedican-
dum Dei verbum, *aut* denique de Mo-
nachatu dictum nostrum exponunt.

γ. Thetica. B. Lutheri versio est


α. in se ac grammatice possibilis,

β. externe possibilis. Quod pater

A

A

- A. ex praedicationibus circa Enoſi tempus perneceſſariis.
- B. ex Scripturae S. effatis,
 ז. II. Epift. Petr. Cap. II. v. 5.
 ט. Epift. Iud. v. 14. ſqq.



Oracula diuina inter illa, quorum ſingulae voces Paraphraſtarum non ſolum, ſed quoque Interpretum, ſiue Rabinorum, ſiue Chriſtianae religioni addictorum, ſtudium ac ingenium multa per ſecula exercuerunt, nemine facile contradicente, primum tener locum oraculum, a Moſe Gen. Cap. IV, 26. conſignatum. Digna hinc res nobis, diſputationem biblicam nunc elaboraturis, fuit viſa, quae breuiſſimis dijudicetur. Totam pertractationem in duas diſpeſcimus partes: altera falſas hujus dicti expoſitiones ante oculos ponat, altera vero b. LVTHERI verſionis veritatem & certitudinem ſiſtat. Ipſum oraculum in textu authentico ſic ſe habet:

אֵין הַחַיִל לְקַרְא בְּשֵׁם יְהוָה:

B. LVTHERI verſio, quam vulgo hodie in manu habemus, ſequentem fuit in modum.

Zu derſelbigen Zeit ſieng man an zu predigen von des Herrn Nahmen.

Antiqua LVTHERI verſio, quae prodiit anno 1524. in fol. haec eſt:

Zu derſelbigen Zeit ſieng man an des Herrn Nahmen anzurufen.

Com-

Commentatores recentiores Anglici ex editione TELLERIANA
hoc comma sic reddunt:

**Damals fieng man an, etliche nach dem Namen
Gottes zu nennen.**

Paraphrasis Chaldaica:

בְּכֵן בְּיוֹמֵהוּ חָלוּ בְנֵי אֱנָשׁ מִלְּצַלְחָה בְּשֵׁם דְּנִי:

i. e. ex versione Paulli FAGII: *Tunc in diebus ejus inceperunt filii hominum, ut non orarent in nomine Domini.*

LXX. VIRALIS versio:

ἄτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τῶ Θεῷ.

Vulgata Latina:

Iste coepit invocare nomen Domini.

FRANC. JUNIVS:

Tunc coeptum est, invocari nomen Jehovae.

SEBAST. SCHMIDIVS:

Tunc coeptum est, invocare nomen Jehovae (publice).

DAV. MARTIN:

Alors on commença d'appeller du Nom de l'Eternel.

Sufficiant, quamvis adhuc plures addi possent, versiones, ex quibus dissensus Paraphrastarum jam satis patescit. Acceleremus potius ad sectionem priorem, cujusvis vocis significatum determinaturi, ac spuriam Interpretum exegesi refutaturi.

§. II.

Vox omnium prima in hoc Mosis effato, notatu maxime digna, est temporis adverbium **כֵּן**, in codice sacro, mox cum **יִהְיֶה**, mox cum **וְ**, ex **יִהְיֶה** contracto, obuium. Loca, huc spectantia

stantia praeter alios DANTZIVS in Interpr. Ebr. Chald. Cap. IV. §. 145. allegat. Haut satis certa ac clara est res, *ετρομον* si quaeras, a qua radice sit deducenda haec particula, quippe illa, omnem licet adhibuerunt Critici curam ac diligentiam, in sermone autentico desideratur. Consulenda, hinc est, quod Critici nostrae aetatis in perscrutandis radicibus linguae Hebraeae deperditis haut sine omni successu agere solent, lingua, illi vel matri, vel sorori cognata, Chaldaea. Onkeloso & Jonathani vocem *סן* per *סן*, *סן*, sub forma duali, aut cum *סן* paragogico, plurimis S. S. locis vertere placuit. Quae cum particula absque omni dubio sit flectenda a Radice *סן*, *ו* pro *סן* saepius alternante, consequens quoque est, ut Ebraeorum *סן*, littera sibilante *ס* in *סן* lingualem mutata, quae transmutatio & alternatio Chaldaeis maxime est familiaris, vid. DANTZIVS in suo *מדרקן* §. 2. obs. 2. & §. 3. II. n. 4. obs. 2. radici *סן*, olim in lingua Ebraea vigenti, natales suos debeat. Vberius hanc rem pertractant Alb. SCHVLTENSIVS in

Com-

(*) Notanter diximus, Enosi nativitatem incidisse circiter in annum mundi CCXXXV. Nos enim non fugit, computationem, quam divus scriptor suppeditat, non nisi calculum esse generaliorum nec omni ex parte perfectum atque absolutum. Nam menses diesque in Patriarcharum aetatibus designandis silentio praeteriit Moses. Lectu et uberiori examine digna nobis videntur, quae Jo. Meyerus *Tract. de temporibus et festis Ebraeorum. Amst. 1724. Edit. alt. P. I. Cap. 3. et 4.* attulit. Plurimis virorum eruditorum aridet magni Vsseri sententia in Chronologia S. p. 57. hisce verbis proposita: ut postremus annus *παιδρυγίας* vnius Patriarchae mensibus aliquot deficiat, alterius ye-

ro intra vnum aut alterum mensum protensus fuerit, ad summam rei nihil interest; cum utrobique compensatione facta, in annorum totius intervalli aggregatione fiat exaequatio, quae ad mundi aetatem et seriem patefaciendam abunde sufficiat. Vid. Jo. Meyerus *l. c. Cap. 2. §. XIII p. 22.* In quantum computus Mosis cum Pentateuchi Samaritani, Verlionis septuaginta Viralis et Josephi concordet et discrepet, ex tabulis chronologicis, quas inuenies apud *Autores d. Algem. Welthist. T. I. §. 172.* satis clarum fiet, ubi simul hac de re, omnium gravissima, solide et docte agitur. De cetero vix dici potest, quam abscondita illorum sit sententia, qui in scriptis Mosais annos non nisi lunares

Comment. ad Iobum pag. 67 & 1090. Valent. SCHINDLERVS in
Lexico Polyg. pag. 49. M. ZICKLERVS in Chaldaismo Danielis ad
Cap. 2. v. 14. pag. 23. ac NOLDIUS in Concord. Particul. cum an-
notat. TYMPHII pag. 6.

Longe clarior est huius vocis significatus ac *έρυμον*. Quot-
quot Interpretes ac Paraphrastas, si a septuaginta virali versione
& vulgata secessum facimus, in scenam possumus producere,
tot nobis sunt testes, vocem in temporis conceptum, siue prae-
sentis, siue praeteriti, siue breuioris, siue protracti ingredi.
Contextus si in subsidium adhibeatur, quodnam tempus sit intel-
ligendum, haut difficulter poterit determinari. Verbum *לחיה*,
vii ex inferius dicendis patefiet, ponit conceptum initii alicuius
rei, simulque ad Enosi aetatem se refert. Incidit autem Enosi
natiuitas ex testimonio Mosis Gen. Cap. V. 3 & 6. circiter (*) in
annum mundi ducentissimum trigessimum quintum. Mortuus

A 3

fuit

nares, minime vero solares esse
intelligendos, sibi et aliis persua-
dere conantur. Quam scilicet
sit nixa haec sententia argumen-
tis, illustrat, eamque simul refu-
tat R. Isaac Abarbenel in diss. de
longaev. Primor. Patrum ex he-
braea in latinam linguam versa
Io. Buxtorfo Filio. „Primo enim, si res
„ita haberet, sequeretur, omnes
„annos in his Geneleos capitibus
„eosdem esse et eodem modo ex-
„plicandos. Hoc posito, Mahaleel,
„qui genuit Jaredum anno aetatis
„suae 62, si menses lunares intel-
„ligantur, non plures, quam quin-
„que annos solares perfectos ha-
„buisset, cum illum gigneret: sic
„Chanoch dum genuit Methusa-
„lemum anno 65, annorum sola-
„rium fuisset quinque cum dimi-

„dio, Schelach, qui trigesimo an-
„no dicitur genuisse filium, non
„habuisset nisi duos annos sola-
„res et dimidium, cum generaret
„liberos. Et sic de coeteris. Haec,
„vero sunt impossibilia, vt homi-
„nes in huiusmodi infantia et pue-
„ritia, bimuli sc. et quinquennes,
„instar Ouium generent liberos
„ante florentem et vegetam aeta-
„tem. Nec scio, haecne brevi-
„tas, an longaevitas in S. S. com-
„memorata magis sit impossibi-
„lis! Deinde, vita hominum sic
„minus decurtatur, et diminuitur,
„veluti Abraham vixit 175, an-
„nos. Si fuerint anni lunares,
„vixit duntaxat octodecim annos
„solares. Atqui dicitur de eo;
„et exspiravit et collectus fuit ad
„Patres suos senex et dierum fa-
„tur

fuit, cum esset noningenti ac quinque annorum, Genes. Cap. V. v. 11. Hinc consequens est, ut particula **IN** mundi hunc circiter annum & totum annorum Enolianorum tractum denotet, atque respiciat. Quod si fuisset ab Exegetis probe observatum, in tam varias, & inter se pugnantes, imo quoque absonas hoc de commate non abiissent sententias. Non ergo absque ratione sufficiente hanc regulam, ad quam oculos semper vertat Interpres, praestruendam esse arbitror: Expositio est neque probabilis, neque certa, quae euentum quendam iam ante Enosi aetatem fuisse actuarum indicat, ea vero reliquis est anteferenda, quae temporis huius indoli magis est accommodata. Quam regulam ut hoc loco probemus, vix operae pretium esse videtur, cum eiusdem necessitas ac veritas ex principiis hermeneuticae vniuersalis ac specialis satis patefcit. Seniores LXX particulam **IN** exponunt per **ετος**, quibus applaudit Vulgata Latina, per **Iste** reddens. Vapulant illi quidem doctioribus, qui litteris anxius inhiare solent, at tamen a Spiritu S. intentione minus recedunt, sed potius propius ei accedunt. Volunt enim hoc pacto, ut praecise Enosus alicuius rei habeatur auctor, ac sermonem esse de euentu quodam, non nisi sub eiusdem tempore actuato, lectores sibi probe notent. Et sic expositio huius particulae regulae exegeticae, quam dedimus, exacte quidem respondet, licet totius commatis sensus ab ea abluat. Nihil est causae, asserere, seniores LXX legisse **יה** aut **יהוה** pro **IN**, litteris transpositis et permutatis adeoque ad variantem argumentari lectionem, quippe inter omnes constat, illos magis de exprimendo sensu, quam de litteris & particulis fuisse sollicitos. Quam fouet sententiam Ioh. CLERICVS in Comm. ad h. l. pag. 48. Cum LUTHERO consentit A Q V I L A: τότε i. e. tunc, **ηεχθμ τε καλεισθαι εν ονοματι κυριε**, & Paraphrastes Chaldaeus **בבן ברומיה** vid. §. I. vbi plures citatae sunt expositiones.

§. III.

„ur. Moses vixisse dicitur 120 „habuisse tantum decem annos
 „annos. An credibile est, illum „solares! tertio, si ita esset, lon-
 „gior

§. III.

Tangit ordo nunc vocem הוּחַל, per accentum Dominum Sakephkaton & suum conjunctiuum Munach cum voce הַ אֲרִיסִיסִימֵהּ connexam. Quam variis, non dici potest, illa sit exposita expositionibus, quae aut cum regulis grammaticis, aut si id non obtinet, cum principiis hermeneuticae sanctioris ac praeprimis cum eo, de quo §. II. diximus, pugnant. Potiores ne nostra pertractatio fiat iusto prolixior, ad examen revocabimus. Primum illi Commentatores obtineant locum, qui hoc comma de profanatione diuina & in specie de Idololatria ab Enofo introducta exponendum esse autumant. Rabbinorum quam plurimi Interpretes hanc amplexi sunt sententiam. R. Schlomo Ben Melech in מַכְלֵל יוֹפֵי fol. 3. ad hunc locum ita scribit:

הַ הוּחַל לְקִרְאָה בְּשֵׁם יי'

מענין חלול ופירושו כי כימי אנוש טעו אחר עבודה זרה והקריאה בשם ה' או הוחלה או יהיה מענין תחלה ופירושו כי או הוחלו בני אדם לקרא שמות הגלולים והעצבים בשם ה': hoc est: verba ה' הוּחַל לְקִרְאָה בְּשֵׁם יי' vel sensu Profanandi reddes hoc modo, quod in diebus Enofi errarunt post idololatriam & inuocatio Nominis diuini profanata fuit; vel accipies notatione Incipiendi ita nempe, quod tunc incepterunt homines appellare nomina simulacrorum & idolorum nomine Dei. R. D. KIMCHI hunc locum in libro Radicum ita tractat:

כי כימי אנוש טעו אחר עבודה זרה וקריאה בשם יי' או הוחלה ויש מפרשין אותו מענין התחלה ופירושו כי או הוחלו בני אדם לקרא שמות הגלולים והעצבים בשם יהוה h. e. Eo quod in diebus Enofi errauerunt post idololatriam & inuocatio Nominis diuini profanata est. Sunt item, qui verbum הוּחַל per incipere exponant, hoc modo. Tunc incepterunt homines vocare nomina simulacrorum & idolorum, nomine Dei. Denique agmen claudat Salom. IARCHIVS, qui Commentariis editionis

„gior esset. hodierna die vita hominum, quam fuit olim. Hodie enim vita est 70 annorum et

„quandoque octoginta etc., Vid. „labi. Buxtorfs Filii disputat, Philologico-theol. p. 417.

tionis Venerae Ioannis de GARA 1590. hoc comma sequentem in modum illustrat: את שמות האדם ואת שמות העצרים בשמו של הקב"ה לעשותן אלילים ולקרותן אלוהות, i. e. tunc profanatum est, inuocando scilicet nomina hominum & nomina imaginum, cum nomina sancti illius, qui benedictus sit, Dei, adeo ut facerent idola & vocarent ea Deos. R. Mosès MAIMONIDES cum aliis eo processit audaciae, ut Enosum primum cultus idololatriæ & idololatricarum, ex auro atque argento confictarum statuarum fuisse autorem contendat (*). Interpretum quoque Christianorum haut pauci in eadem sententia sunt versati. E. g. Iob. SELDENVS de Diis Syris Proleg. Cap. 3. Ant. van DALE de origine & progressu Idolol. & Superstit. Cap. 2. p. 14. plures huius sententiae patronos allegant Autores d. allgem. Welth. Tom. I. p. 165. dolendum sane est, quod hi suam epicuristi nobis denegarint, Autores Commentarii Litteralis, a B. TELLERO in lingua Teutonica editi ad h. l. Edw. LEIGHVS in Crit. S. voce חלל pag. 146. Aug. PFEIFFERVS in Dub. Vex. pag. 50. seqq. &c. Si dicendum nunc est, quid res sit, rei cardo omnino versatur circa quaestionem, num vocem החלל ingredi possit conceptus profanationis aut cultus idololatriæ. Nicol. Wilb. SCHROEDERVS in Dissert. academ. de prima cultus diuini publici institutione, & b. RAMBACHIVS in Hist. Eccles. Tom. I. p. 97. radici חלל dene-

(*) R. Mosès Maimonides in Tr. de Idololatria Cap. I. mentem suam de Enoso ita exponit: בימי אנוש טעו כנר האדם טעות גדול ובכערה עצת חכמי אותו הדור ואנוש עצמו מן הטועים היה וזו היתה טעתם: אמרו הואיל והאל כרא כוכבים אלו וגלגלים להנהיג את העולם ונתנם כמרום וחלק להם כבוד והם שמשים המשמשים לפניו ואויים

הם לשבחם ולפארם ולחלק להם כבוד וזהו רצון האל כבוד הוא לגדל ולכבוד מי שגדלו וכבודו כמו שהמלך רוצה לכבוד העומדים לפניו וזהו כבודו של מלך:

Dionysius Vossius haec verba sequentem vertit in modum: Temporibus Enos gravissime homines errarunt, et stupore obruti sunt animi sapientum illius aevi. Etiam ipse Enos inter errantes erat.

denegant hunc conceptum in Coniugatione Hophal, ille in Hiphil profanationis significatum Num. Cap. XXX. v. 2. & Ezech. Cap. XXXIX. v. 7. &c. concedit, negat vero eundem competere huic radici in Hophal, hic significatum profanationis non nisi in coniugatione Piëlica & Püal concedit, & errat. *Celeb. SCHROEDERVS* igitur hanc reicit explicationem, quippe in Coniugatione Hophal idem significatus verbi ללן in S. S. non obtinet, quamuis eum in verbo actiuo admitti posse ipse confiteatur. Qua vero ratione haec posuit defendi sententia, alii iudicent. Nostra ex mente potius adserendum est, quod idem significatus verbo passiuo respondere queat, qui actiuo erat adscribendus. Aliis vero ex rationibus hancce sententiam esse refutandam arbitror illis longe grauioribus atque fortioribus. Primo notetur, quod expositio de profanatione in genere contradicat principio Exegetico, de quo §. 2. egimus. Omnis profanatio innuit gloriae Dei obscuracionem, omneque peccatum gloriam Dei profanat. Haec ex Philosophia Morali sunt adeo clara, vt lucem adfundere dictis superuacaneum foret. Quem fugit, quod gloria Dei primorum hominum peccato adeo fuerit obscurata & profanata, vt nil supra? Et quam magna Dei profanatio ex Caini, Fratricidae, sermone elucet? Quae cum peccata ante Enosi natiuitatem iam fuerunt peracta, consequens est, vt huius commatis explanatio de pro-

erat. Hic autem fuit error eorum. Quandoquidem, inquit, Deus creauit stellas ac sphaeras istas ad regendum mundum, easque in sublimi posuit et honoris participes fecit, et illis ministris vitur; merito profecto laudemus eas, atque extollamus, et honorem iis impertiamur. Atque haec voluntas ipsius Dei benedicti est, ut magnificemus ac veneremur, quemcunque ille eueit, et honore affectit: perinde ac Rex ministros suos honoratos

vult; qui honor est ipsius Regis. Ast quam spuria haec sit Maimonidis sententia de Enoso, ex supra dictis patet. In alteram extremam eamque minus probabilem abeunt sententiam, qui de Enosi libris, de religione, de modo invocandi, et disciplinis ac ceremoniis conscriptis cum *Genebrardo in Chronol. L. I. p. 10.* multa tabulantur. Vid. D' *Herbelotus Bibl. orient. pag. 117.* *Schmidius in Ievdo Vet. Test. p. 19.* et *Ang. Calmerus in biblisch. Woerterb. Tom. 2. p. 108.*

B

profanatione in genere minime cum principio nostro Exegetico consentiat. Illi denique, qui de profanatione in specie ab Enoso introducta, quae fit per cultum soli, lunae, stellis, arboribus ac plantis exhibitum religiosum, hocce comma esse explicandum sibi persuadent, probe cogitent, quod de posteris Sethi diuo scriptori fuerit sermo, qui vocantur filii Dei, Genes. cap. VI. v. 2. quo titulo idolatriam exercens haut notari potest. Nec quoque probabile est, Adamum & Sethum, Patriarchas pietate ac integritate morum valde insignes, cum viderent, Enosum instituisse cultum idolatricum, id aequo animo tulisse. Et tertio circa hanc hypothefin monendum est nobis, quod, si ad orationis habitum & constructionem attendamus, aliam explicationem stilus biblicus omnino desideret. Inductio nos docet, verbum ללל cum ל, signo infinitiui, constructum nunquam admittere significatum profanationis diuinae per idolatriam, neque crassam, neque subtiliorem, sed potius conceptum ortus alicuius rei, quae antea non erat, innuere. Exempla satis clara legimus Genes. Cap. VI. v. 1. ללל לררר incepit multiplicari & Cap. X. v. 8. ללל לררר. quibus locis addi possunt

Le-

(*) Disputant eruditi, quo tempore introducta fuerit idolatria. Rabbinoꝝ quam plurimi a tempore antediluviano natales ejus repetunt, ac illam causam inundationis vniuersalis causam Deum impellentem fuisse pyritili defendunt. Ex historia antediluviana, quam Mosis debemus, hoc nulla probabili ratione euinci potest. Qui thesi suae ex nostro dicto vim probandi conciliare volunt, petunt principium. Hoc ex scriptis Mosis constat, hominum insignem impietatem Deum ad ipsos perdendos per diluuium, vindicem suae iustitiae, incitasse. Et idem testatur Ouidius Libr. I. Metamorph.

- - - - sed non domus vna
perire
digna fuit, qua terra patet, fera
regnat Erinny's,
In facinus jurasse putes. Dent
ocys omnes,
Quas meruere pati sic stat sententia poenas,
Horat. l. I. Od. 2. ad Augustum,
Terruit gentes, graue ne rediret
Seculum Pyrrhae, noua monstra
questae,
ac Theognis.
Ουδε θεος εδεις αζηται αδα
vatus.
Ευσεβειαν δ' αυθραν γενοσ εφ
δρω, εδε διμυιασ

811

Leuit. XXI. v. 9. 2 Chron. III. v. 1. 2 Jerem. XXV. v. 29. Ion. III. 4. Nil igitur est rationis, cur a consueta & sapientissimo Scripturae S. auctori familiari constructione & sensu, quem ea secum fert, recedimus. Vberius hoc argumentum contra Iudaeorum commenta excusit B. HACKSPANIUS in Notis Philologico Theologicis Part. I. pag. 118. Mirum est, quod Iosephus Athiae verbum חַרְחַרִּי contra sententiam, plurimis Rabbīnorum ardentem, rectius interpretatus fuerit. Sic enim in sua versione Germanica, quam exhibent Biblia Pentapla, per Herm. Henr. HOLLE impressa 1711. legimus: Dasselbigma hat man anfangen Gottes Namen anzurufen. Praeterea probe notari & distingui velim quaestiones: Num ante diluuium idololatria fuerit introducta, (*) & si hoc est, num effatum Mosaicum praesens de ea sit intelligendum. Priorem nec affirmamus, nec negamus, posterio-rem vero vtique negandam esse, ex dictis nostris patescet.

§. III.

Reliquae quidem expositiones eiusdem vocis חַרְחַרִּי sunt leuioris momenti, silentio tamen non praetereundae. Seniores

B 2

LXX.

ἢ καὶ ἐπὶ γυνώσκουσ'. ἔδδ' μὲν
εὐτεβίας.

I. e. neque Deos quisquam reueretur immortales; religioforum virorum genus perit, neque iura amplius norunt, neque pietatem.

Alii eruditi quidem post diluuium idololatriam fuisse enatam contendunt, sed de autore inter se pugnant. Quidam Serugum, alii Nimrodum, alii Chamum, filium Noae, alii Canaanen &c. spuriam immo plane nullam religionem introduxisse contendunt, vid. Calmeius l. c. Tom. I. pag. 22. Alii rectius censent, nihil cum certitudine de autore posse asseri atque euinci. Qui plura scire cupiat, consulat. *Vossium de Idololatria, Au-*

tores d. algem. Weltb. Tom. I variis locis, vbi simul Sanchoniathonis, qui historiam familiae ac posterorum Caini, vti Moses, Sethi posterorum ex mente Cumberlandi in annotationibus suis ad eiusdem Cosmogoniam consignauit, opinio ac hypothesis de idololatriae ortu ante diluuium fufius examinatur [scriptum hoc esse supposititium probarunt Ant. von Dale Dis de Sanchoniathone, in libro ad Aristeam pag. 476. & Ioh. Henr. Vrsinus de Zoroastre, Hermete, Trismegisto & Sanchoniathone Exercit. 3.] Tennison of Idololatriy, Thom. Stackhousium in Derscheid. d. Bibl. Geschichte Tom. 2. pag. 93. seqq. & plures alios Auctores, a Ioh. Alb. Fabricio in Bibliograph. Antiq. p. 232. seqq. citatos.

LXX hocce commaita vertunt: οὗτος ἤλπισεν ἐπιμολέσθαι τὸ ὄνομα κ' ῥ' ἔ τ' Ἑθ, i. e. hic speravit (videre cupiuit diem illum) quod (quo) nomen domini Dei (publice) celebraretur seu inuocaretur. Quamplurimi Patrum, nimirum ORIGENES, Gregor. NAZIANZENSIS, AVGVSTINVS & EVSEBIVS in Praeparat. Euangel. Libr. VII. cap. 8. hanc sequuaginta viralis versionis suam fecisse dicuntur explicationem. Primorum linguae sanctae principiorum qui est haut ignarus, minus congruam & regulis Grammaticae conformem intelliget hanc esse versionem. Stante enim hac explicatione verbum יחל speravit, pro radice est assumendum, quod, cum verborum חל indolem & naturam imitatur, in Coniugatione Hiphil formam aut יחלה, aut יחלה, vid. DANTZIVS in suo מדרש §. 46. I. n. 2. L. ac §. 26. III. minime vero יחלה gerit: Celeb. SCHROEDERVS l. c. hanc versionem obscuritatis accusat, hincque etiam reicit. Nil vero obscuritatis illi inesse, docet ipsa nostra expositio. Cauendum modo est, ne ab hypothetica argumentatio procedat ad absolutam obscuritatem. Nos potius duplici ex ratione ad sensum illi denegamus. Primo peccat contra principium Exegeticum, de quo §. 2. dictum fuit. Nihil enim est causae, cur praecise tempore suo Enosus gloriam Dei celebrari ardentissimis optauerit votis. Nonne unicuique fidelium atque piorum gloria et Dei cultus curae cordique est? Hincque nihil est dubii, quin iam longe ante Enosi natalia Adamus & Sethus eandem fouerint spem ac fiduciam & satis auide hunc diem praeuiderint; quo gloria Dei aut si maius, Mesiae nomen celebraretur, aut publice inuocaretur. Deinde notandum venit, quod Moyses, Historiam Antediluuiam consignaturus, non res, per se satis claras, scitu haut necessarias ac nullius fere momenti, sed potius res graues nobiles, abstrusas ac

(*) Non quidem negamus, loca quaedam in Codice sacro esse obuia, quae nescire aut intelligere perinde est. Exemplum praebeat oratio Lamechi Genes. IV. 23. Cavendum tamen est, ne omni uti-

litate ac fructu illa destituta habeantur. Perspectum enim a priori habemus, Autorem S. S. sapientissimum nullas alias veritates hominibus esse revelaturum, nisi quae sint foecundissimae, scitu necessa-

absconditas, scitu necessarias, literis mandare habuerit in animo. Quem finem sibi proposuisse Mosen docet eiusdem Historia. Describit vniuersi creationem, primorum hominum statum integritatis ac lapsus, quippe his nobiliores, digniores, ac toti generi humano scitu magis necessariae res commemorari haut potuerunt. Sic quoque refert anni ditisionem in menses *Gen. I. 14.* qua ex re eruditi colligunt, iam ante diluuium certos dies circa tempus nouilunii cultui religioso fuisse destinatos, quae res populo Iudaico praecipue utilis & scitu erat necessaria. Vid. praeter *scriptores historiae Eccles. V. T. Balib. BEBELII Ecclesia antediluuiana vera & falsa, Fried. Adolph LAMPIVS im Gnadenbunde, T. 2. & Wilh. MOMMA in Oeconomia Patriarch. & Test. V. & N.* Nec quoque Moses omne id refert, quod notare potuisset. Saepius enim rem quandam in memorando silentio praeterit, quod, vti ex tota historia, ita praecipue ex *Gen. III. 1.* constat, vbi serpentem, nulla sermonis, cum Eua antea absque dubio habiti, mentione facta, ita locutum sinit **וְהָאָדָם**. Scopus igitur, quem Moses sibi tenet praefixum, determinat hanc regulam in interpretando omnino obseruandam: nulla est expositio vera: nisi concernat rem mortalibus scitu necessariam (*). Quid igitur commodi ac fructus ex relatione Mosis in populum iudaicum redundauerit, siue is sciat, siue ignoret, Enosum spem ac fiduciam in Deo posuisse, diemque, quo nomen Dei aut Mesiae celebraretur, auide expectasse, cum in se fuerit clarum, fidelem ac pium hacce virrute non posse indigere? *Iac. GUSSETIO* nec placuit Iudaeorum, nec Seniorum *LXX* expositio vocis **הוֹרָה**, sed indulget ipse suo ingenio. In *Comment. L. 8. sub voce נִקְנָה* pag. m. 753, affatim profert suam sententiam. Ponit **הוֹרָה**, nec a **הוֹרָה**, nec a **הוֹרָה**, sed a radice **הוֹרָה** esse flectendum, hincque elicit

B 3

cessariae atque nobiles. Fieri potest, vt certa quaedam veritas certo tempore certo populo sit scitu necessaria, alio tempore eisdem aut alteri populo minus utilis, licet non imperfectionem ei-

dem inferat. Hinc asserere non est absonum, quod oratio Lamachi populo Iudaico scitu pernecessaria esse potuerit, licet relatio ejusdem nobis nullum conferat commodum atque fructum.

cit sentum: Tunc partu editus fuit, qui inuocaturus erat nomen Iehouae. Et quo assertis suis fidem conciliet, prouocat ad Esa. cap. LXVI. 8. atque Mich. cap. V. 1. vbi similis deprehenditur constructio. Possibilitatem quidem grammaticam non in dubium vocabimus, quippe verba quiescentia ꝛ eiusmodi formam non respuere, teste DANTZIO l. c. §. 47. l. 3. a probe scimus. Ab hac tamen ad veritatem Hermeneuticam non possumus argumētari. Docet ea, quod nulla interpretatio sit amplectenda, quae autorem sapientissimum tautologiae accuset. Vox יְהוֹשֻׁעַ cum voce הוֹשֵׁעַ, quoad sensum omni ex respectu conuenit. Quum igitur vox יְהוֹשֻׁעַ in superiore commate praecedat, hic esset sensus, Setho natus fuit filius, quem vocauit Enosum, hic est editus partu; sicque vna eademque notio binis vicibus sine omni ratione poneretur. Accedit quoque, quod eiusmodi expositio cum principio nostro Exegetico, de quo §. 2. egimus, minime sit concilianda. Pii enim iam longo tempore ante Enosum Deum Ter Optimum Maximum inuocarunt, nomenque eius celebrarunt. Et tertio denique GVSSETII hypothesis impingit contra alterum principium Exegeticum, de quo iam in hoc diximus Spho. Res ipsa non est adeo abstrusa & abscondita, vt de Enoso, Sethi patris sui virtutem facile imitante, potuerit conici.

§. V.

Sed satis temporis scrutinio Interpretum de prima parte commatis nostri impendimus, ad alteram igitur progrediamur, quae totam phrasin יְהוֹשֻׁעַ בְּשֵׁם אֱלֹהֵינוּ nobis sistit. Haut pauci sunt, qui hoc dictum de prima hominum ex nomine Dei cognominatione exponunt, adeo, vt sensus sit: Tunc coeptum fuit, vt vocarentur nati ex nomine Dei, aut vt clarius mentem eorum repraesentemus: tunc coeptum est, vt posteris Sethi nomina ex Dei nominibus composita imponerentur, quo a Cainitis, tanquam filiis hominum, probe discerni possent. Qua pro hypothesis militat Theod. HACSPANIVS in *Notis Philologico theol. P. I. p. 116. sq.* PATRICK, WELLS & SCHVCKFORD, R. TELLERI

l. c. ad h. l. HEIDEGGERVS in *Historia Patriarch.* HILLERVS in *Onomastico S.* pag. 263. Iob. Mich. LANGIUS in *Disp. de prima Scrib-
tarum de Domini nomine cognominatione.* Iob. Iac. RAMBACHIVS in *Disc.
in Insit. Hermeneut.* S. Tom. 2. pag. 67. qui parum fuit memor
sententiae huic contrariae iamiam in *Historia Eccles.* Tom. I. pag. 97.
propositae. Iob. SIMONIS in *Onomast. V. T. Sect. X. Cap. IV. p.* 485.
Plures patronos huius sententiae refert SCHROEDERVS l. c. Vt
autem status controuersiae rite ac debite intelligatur, duae illae
haut sunt inter se miscendae, sed probe distinguendae quaestio-
nes. 1.) Num ante diluuium hominibus nomina ex Dei no-
mine composita sint indita. 2.) Num si id est, hoc
ex nostro effato Mosaeico possit euinci. Prius concedimus,
posterius vero pernegamus. Id illucefit satis clare ex Genes.
Cap. IV. v. 18. vbi Filius Iaredi ex Posteris Caini dicitur
מְחִיאל, quod nomen ex מַחַיִה & אֵל, vel מְחַיִה, plaga, vulnus
dolor a radice מָחַה percussit, fuit conflatum: ex nomine
מְחִיאל, qui erat filius Mechuiaëlis, Genes. IV. v. 18. no-
men hoc est compositum ex מְחַיִה, infirmitas a Rad. חַיָּה
alias שָׁחַ Chald. debilis, infirmus fuit, & ex nomine Dei אֵל.
Sic quoque eiusmodi nomen gerit Kenanis filius ex familia Se-
thitarum מְחַלְלֵאל, ex Partic. Hiphil מְחַלֵּל & אֵל laudans
Deum Gen. V. v. 12. Quod autem ad posteriorem spectat
quaestionem, contrasentientes ne sine ratione quid affirmare vi-
deantur, omnem movent lapidem. In medium igitur produ-
cunt longum locorum, sensum huius phraeos vindicantium, ca-
talogum. Praecipua loca sunt sequentia: *Esa.* Cap. XLIII. v. 6.
7. affer filios meos de longinquo & filias meas ab extremo terrae
כָּל הַנִּקְרָא בִשְׁמִי omnis vocatus in nomine meo, & ad glo-
riam meam creauit, *Esa.* Cap. XLIV. v. 5. Iehouae ego sum & iste
יִקְרָא בִשְׁמִי יַעֲקֹב vocabitur nomine Iacob, & ille scriber manu
sua, Iehouae וְבִשְׁם יִשְׂרָאֵל יִכְנָה & nomine Israelis cognomina-
uit sese. *Esa.* Cap. XLVIII. v. 1. Audite hoc, domus Iacob,
יִשְׂרָאֵל תִּנְקְרָאִים בִּשְׁם יִשְׂרָאֵל vocari nomine Israelis & Cap. LXV. v. n.
Dixi: Ecce me! ecce me! יְגִיד לִי אֵל לִי יִקְרָא בִשְׁמִי h. e. ad
gen-

gentem, quae non vocata est meo nomine, vid. *Job. Mich.* LANGIUS l. c. §. 23. Facilis erit nobis responsio ad haec & quae sunt infinite multa exempla. Concedimus, hanc phrasin in codice sacro omnino hunc habere significatum, sed qui ad eiusdem necessitatem ac certitudinem hoc loco Mosaico adsumendam concludet, is sane a posse ad esse argumentabitur. Qui vero modus argumentandi saepius fons & causa fuit grauiorum errorum Exegeticorum. Nec quoque singula exempla huc trahi possunt, quum sint formae passivae, לָקַחְתָּ autem in nostro dicto, activae. Qui obiiciat, Ebraeos saepius adhibere infinitiuum actiuum pro passiuo, cogitet, hanc Enallagen esse rarissimam, nec temere in subsidium reuocandam. Contrasentientes ad maiorem thesi suae conciliandam auctoritatem fidemque prouocant ad *Genes. VI. 2.* vbi Posterii Caini vitam in voluptates seculares effusam gerentes בְּנֵי הָאָדָם & Sethitae ob vitam virtute maxime ornatam Deoque pergratam dicuntur בְּנֵי הַלְלוּתָם. Hincque concludunt, quod Moses hoc commate de Sethitarum cognominatione ex Dei nominibus simul iniiciat mentionem. Vnde maioris consequentiae necessitas certior reddi possit, non constat. Quod autem ad minorem s. antecedens spectat, concedimus per בְּנֵי הַלְלוּתָם esse intelligendos Sethitas, quamuis Paraphrastae Chaldaei & Rabbidorum sententia in se haut sit absona, qui potius Magnates, Proceres, apud quos summa rerum fuit potestas, denotari haec denominatione asserunt. Attamen quaestio erit mouenda: Num a Mose sint filii Dei denominati Sethitae, an vero nominibus ex Dei nomine confatis se ipsos insignire voluerint. Si id erit ad-

(*) *Rom. Tellerus* l. c. in hanc quoque, quam profligauimus, inclinam sententiam. Ex mente eius vox לָקַחְתָּ cum א constructa, quatenus inuocationem diuinam respicit, denotat insignem fiduciam, qua electi ac sancti Deum suum Dominum, ac peculium, se vero eiusdem mancipium vocant, hincque ex

eius nomine dicuntur. Ad quam stabilendam thesin loca Scripturae *Zach. XIII. 9.* et *Jes. XLIII. 7.* ipsi commoda videntur. Quae saepius diximus, nunc quoque monemus, nimirum, quod res non ex exemplis sit diiudicanda. Pugnata haec expositio contra regulam Exegeticam, de qua supra §. 2. diximus.

firmandum, locus ille nihil roboris nullamque vim probandi habet. Si hoc, quaerimus, unde thesis fuerit probanda? Ex ipso effato qui thesin vult stabilire, circulum probandi, a quo est cauendum, committit. Nobis videtur haecce sententia omnino maxime improbabilis. Ipsi si Sethitae eiusmodi cognominatio- nes asciuissent, hoc proderet arrogantiam animi insignem. Nec aequo Cainitae filiorum hominum cognominationem tulissent animo, indeque infinite multae altercationes, ac rixae inter Sethitas, filios Dei, & Cainitas, filios hominum, ortae fuissent. Longe quoque est improbabilius, ac si Cainitae filios Dei Sethitas, se ipsos vero filios hominum vocassent; hoc enim pacto Caini Posterius suorum prauitatem confessi fuissent. Parum attenti denique sunt, qui hanc fouent sententiam, ad vtrumque locum. Genes. VI, 2. vocantur Sethitae בני אלהים & Genes. IV, 24. legitur בני אדם קרואים. In sacris literis illa quidem denominatio piis & sanctis, non vero haec, quod sint בני אדם, adscribitur. Illa creaturis est communis, haec mortalium non esse potest praedicatum, quod in scholis Theologorum contra Antitrinitarios fusius pertractatur. Et tandem notandum probe est, quod haec expositio cum scopo Mosis non possit commode conciliari. Finis enim Historiae Antediluuianae, breuissimis a diuo Scriptore traditae, non eo tendit, vt res per se clarae commemorentur. Solis radiis autem longe clarius est, quod tam Sethitae, quam Cainitae eiusmodi sibi vindicarint nomina ex Dei titulis composita. Ex quibus simul falsitas eorum sententiae patet, qui Sethitas haec nomina tanquam diacritica, quibus a Cainitis discerni possent, sibi imposuisse contendunt (*).

§. VI.

ximus. Quis defendet pium ac sanctum posse fiducia Deo eiusque promissionibus euangelicis habenda indigere? Quis dubitauerit, quin ante Enosum fuerint electi ac sancti? Hinc alii iudicent, qua ratione haec B. Telleri sententia cum effato Mosis, rem sub Enoso tantum actuam commemora-

turi, possit conciliari. S. R. D. Christoph. Wollius in Historia Invocationis Dei Parris in Nomine Filii sui Messiae §. 3. pag. 8. maxime commiendat hanc interpretationem: Publica in solenni τῶν ἁγίων ἐπινοκῶν τῆς Θεοῦ Πατρὸς ἐν ὀνόματι τοῦ υἱοῦ τοῦ Μεσσία ἡ πρώτη ἐκείνου ἐπέμνησεν. Cui sententiae grauior obstat ellipsis

C plus

§. VI.

Paucis tandem absoluendae sunt, quae de hac phrasi adhuc proferuntur, explicationes. *Balth. BEBELIVS, Theologus quondam Argentoratensis in Tract. de Ecclesia antediluviana, p. 20.* incidit in hanc sententiam, ac si de vocatione ministrorum ad verbum Dei praedicandum comma hocce sit exponendum. Mens eius hisce expressa fuit verbis: „Legitimo Ecclesiae Ministro vocatio est necessaria, & quia versatur circa officium praedicandi & sacrificandi, necessaria est vocatio ad vtrumque. Ministros antediluvianos vocatos fuisse ad officium verbi, patet ex Gen. cap. IV, 26. vbi dicitur coeptum esse praedicari vel inuocari in nomine Dei. Connexa sunt praedicatio, inuocatio & vocatio, ita, vt alterum sine altero consistere nequeat.“ Pauca sunt, quae ad hanc thesin refellendam, in se omni fundamento destitutam, nobis erunt monenda. Dispersi soler vocatio in internam & externam. Internam vocant obligationem intrinsecam ad Dei verbum annunciandum. Constat inter omnes, mortalium quemcunque grauisima teneri obligatione ad gloriam Dei, quantum ipsi est possibile, celebrandum ac euehendum. Quae vero vocatio, quum ea haut sit euentus circa aetatem huius Patriarchae actus, a Mose minime potuit intelligi. Quod ad externam attinet vocationem, de ea Mosē minime expressis verbis loqui satis est clarum, tamen si antea probatum fuit, dictum esse de cultu publico religioso exponendum, de vocatione ad praedicandum verbum Dei externa Scriptorem sacrum implicite & *κατὰ διάνοιαν* agere minime negari potest. BEBELIVS in eo errat, quod id, quod ex textu concludendum est, cum ipsa expositione confundat. Alii, quod constat ex *b. TELLERI Annotationibus in Comm. litteralem*, de adoratione Dei in nomine Mesiae dictum nostrum interpretantur, adeo, vt sensus sit, tunc coeptum fuit, vt Iehouam inuocarent nomine Mesiae. Sed quis non videt vocem *יהוה*, aut *אלהים*, seu aliud nomen Dei esse supplementum

ipsis vocis *יהוה* aut alius termini aequipollentis. Ceterum in eo ad sensum praebemus, quod phrasis

לקרא בשם יהוה denotet solemnem inuocationem Dei. *Ioh. Al-*

dum? ad quam ellipsin tamen non sine grauisima ratione est nobis aufugiendum. Minime quoque cum nostro principio Exegetico, quod §. II. traditum fuit, haecce explicatio cohaeret. Omnium enim fidelium, publicato in Paradiso Prot-euangelio, precēs quin sint innixae, adeoque pii Deum nomine Mesīae adorarint, quid est dubii? Hinc non asseri potest, quod Enosi tempore fideles ita orare coeperint. Tertio denique non est silentio praetereundus BELLARMINVS de *Monachatu Lib. II. C. IV.* qui Enosum Monachus primum fuisse autorem ex hoc infert loco. *Iacobus BOVLDCVS de Ecclesia ante legem Enosum ordinem Carthusianorum iamiam introduxisse putat, contra quem calamum strinxit Aug. PFELFFERVS in diss. de Henoch cap. 2. §. 3.* Quibus sane nemo calculum adiiciet, qui a cultu religioso ad cultum Monachalem, seu a genere ad speciem affirmatiue nullam procedere argumentationem perspectum modo habeat.

§. VII.

Profligatis hucusque spuris ac falsis de commate nostro explicationibus, progressum nunc facimus ad longe veriores b. LVTHERI, paucis illustrandam versionem, quam iam supra §. I. cum aliis suppeditauimus. In Glossa LVTHERVS eidem clariorem affundit lucem. Nicht, daß zuvor auch nicht wäre Gottes Name geprediget worden, sondern nachdem durch Cains Bosheit der Gottesdienst gefallen war, ward er dazumal wieder aufgerichtet, und irgend ein Altärlein gebawet, dahin sie sich versammet, Gottes Wort zu hören und zu beten. Vid. HILDEBRANDVS de *Veter. Concionibus pag. 3.* Non est, quod ad huic explicationi conciliandam auctoritatem longum Interpretum consentientium producamus catalogum, quippe illa in se adeo certa ac vera, ut nullo consensu ac aliorum testimoniis indigeat. Adeat, qui argumentis ab auctoritate desumptis delectatur, HIERONYMI *Quaestiones hebraicas ad h. l.,* SIXTINI AMAMAM in *Censura vulgatae versionis,* SCHMIDIVM in *Aphorism. Theol. Hamburgi 1688. in suo Disput. 15.*

C 2

§.

Albert. Bengelius in Ord. Temp. pag. 37. asserit, quod Enosi tempore ex diuinis nominibus deducta sunt

humana, minus illam cum scopo Moſis cohaerere sententiam docent superius dicta sp̄ho IV.

§. 22. p. 19. Aug. PFEIFFERVM in dubiis vexatis, pag. 50. sqq. & quamplurimos Commentatores, vt de versionibus, quas supra §. I. dedimus, multisque aliis nil dicamus. Hoc est Paraphraetae omnium primum officium, vt ad versionis suae intrinsecam possibilitatem, ex genio linguae satis conspicuam, pariter atque extrinsecam, seu relatiuam, quae certitudo & veritas hermeneutica vocatur, mentem vertat & videat, num quoque ex aliorum effatis, possit illustrari ac corroborari. Cui regulae LVTHERI versione conformiorem vix & ne vix quidem vllam esse, ex sequentibus patefcer.

§. VIII.

Primo euincenda venit intrinseca s. grammatica possibilitas versionis LVTHERI, quae ex significato cuiuslibet vocis satis clara erit. Iam supra §. II. particulae **IN** conceptum euoluimus, cumque totam Enosii aetatem illam respicere fuit ostensum, hinc satis recte exprimit LVTHERVS: Zu derselbigen Zeit. Omnibus quoque reliquis explicationibus de voce **החל** palmam praeripit LVTHERI versio: Man sieng an: Fleht is a Coniugatione Hiphil **החל**, quae, quouis Lexicographorum docente, admittit significationem coepit vel incoepit. **החל** descendit a verbo geminante **ע** ex **לל**, quod in Coniugatione Hophal gerit formam **החל**, vid. DANTZIVS in suo **מדרקן** §. 45. I. coll. §. 17. caut. 2. §. 45. I. n. 3. a, coll. §. 6. hincque cum verbum passiuum conceptum verbi actiui retineat, fit & fieri debet, vt vertatur: tunc coeptum fuit. Qui comma actiue exponunt, vocem, prout necesse est, supplent. Paraphrasis Chaldaica reddit **החל** simulque addit **אנשׁו** incepterunt filii hominum, i. e. Posterii Caini, qui cultum idololatricum ex mente Onkelosi introduxerunt. Interpretes LXX. & qui illos sequitur Vulgatus, **החל** referunt ad Enosum hincque exponunt **ετος ηλπισεν**. LVTHERVS itidem in Enosum digitum tendit, sed ab institutione publici cultus religiosi reliquos Patriarchas ipsi coaetaneos non excludit. Altera quoque pars huius commatis secundum principia Grammaticae recte est a LVTHERO exposita in versione, quae 1524. in folio prodit: Zu derselbigen Zeit sieng man an des Herrn Namen anzuruffen, & in ea, quam hodie vulgo habemus, legimus, zu derselbigen Zeit sieng man an zu predigen von des Herrn Namen. Vtraque qui-

quidem versio haurit omni ex parte est eadem, dum recentior conceptum vocis $\aleph \aleph \aleph$ magis determinat ac prior illa, tamen quoad conceptum generaliore[m] utraque conuenit. Vox $\aleph \aleph \aleph$ a LUTHERO habetur pro infinitiuo in Kal cum Praefixo \aleph , quod quoque adhibetur ad quoduis gerundium Latinorum exprimendum, uti praefixum \aleph tantum denotat gerundium in do desinens, vid. DANZIVS in Interprete Ebraeo chald. §. 126. Resolui quidem solet infinitiuus in tempus finitum, praefixo in coniunctionem mutato, uti docet DANTZIVS l. c. §. 127. ast sic oritur sensus utique inconueniens. Fit quoque, ut infinitiuus actiuae vocis in infinitiuum passiuae mutetur, eodem docente autore §. 112. ast sensus semper idem manebit, siue hoc fiat, siue minus, si modo haec regula obseruetur, versio fiat idiotismo linguae adeo conformis, quoad eius fieri potest. Hinc non male vertit *Franciscus IVNIVS*, passiuè hoc comma reddens: tunc coeptum est inuocari nomen Iehouae, i. e. tunc primum fiebat, ut nomen Iehovae inuocaretur. Tradit quoque DANTZIVS l. c. §. 206. & §. 129. quod infinitiuus in naturam nominis substantiu[i] degeneret, sensus ergo esset, tunc inuocatio nominis Dei primum fiebat. Omnibus his regulis LUTHERI versio, si sensum eius spectas, minime repugnat. Construitur, ut voci $\aleph \aleph \aleph$ propius accedamus, hic infinitiuus cum \aleph , aliis Scripturae locis cum \aleph ex \aleph , cum \aleph & cum particula separata $\aleph \aleph$. Est autem \aleph ex consensu Philologorum nostrae aetatis signum casus ablatiu[i]. Quaestio igitur est mouenda, cur $\aleph \aleph \aleph$ cum \aleph construat[ur], cum quoduis verbum actiuum regat casum accusatiuum; prouti ex Grammatica vniuersali constat, nec cur potius hoc loco cum $\aleph \aleph$ construat[ur], aut nude ponatur. A quo Solocismo adparente facile hoc comma liberari potest, si modo obseruetur, Ebraeos ad exprimenda verba composita, aliis populis vsitata, adhibere quasdam particulas, quae vocibus radicem immediate sequentibus adnectuntur. Qua de re conferri meretur *Christ. Bened. MICHAELIS disput. qua solocismus casuum ab Ebraismo codicis sacri depellitur. Seniores LXX* quam optime hanc obseruarunt regulam, vertentes $\epsilon \pi \mu \alpha \lambda \epsilon \iota \sigma \tau \alpha \iota \tau \circ \acute{\omicron} \nu \omicron \mu \alpha \kappa \rho \iota \varsigma$, vbi significatus \aleph in voce $\aleph \aleph \aleph$ ad verbum compositum formandum adhibetur & ablatiuus in accusatiuum mutatur. *Chaldaica Paraphra-*

phrasis, si ex principiis Philologicis tantum diiudicetur, genio linguae est conformis. LVTHERVVS in versione antiquiori, VVLGATVS, IVNIVS ac SCHMIDIYS (vid. §. I.) vtuntur accusativo, & significatum particulae ad verbum transferunt, in recentiori eaque vulgari versione LVTHERVVS ablatiuum ex genio linguae Germanicae adhibuit.

§. IX.

Adhaeret in recentiori Versione b. LVTHERI voci לְקַרְבָּן conceptus longe specialior, ac qui illi ex primo competat intuitu. Probandum igitur est, phrasin יהוה בשם לקרבן ex stilo biblico conceptum praedicationis haut respuere. Praedicare autem in sensu generaliori est nihil aliud, quam practicam de Deo rebusque diuinis cognitionem oratione publica aliorum animis instillare. Quid igitur nobis, versionem LVTHERI vindicaturis, incumbat probandum, pater. Non descendimus in illorum sententiam, qui Ebraeorum radicem לְקַרְבָּן cum Graecorum ἀρπύστω, unde ἀρπύξ Praeco, apud Romanos quoque Fecialis, qui bella foederaque publice indicebat, (vid. Pauli Frider. OPTATI *Disquis. de Deo liberor Abrahamo ex lapidibus suscitante* §. 4. in *Biblioth. Lubec. Noua, Vol. I.*) & ἀράξω, & hocce vocabulum cum Germanorum voce *kraschen* s. *trieschen* coincidere sibi ac aliis persuadent. Vid. praeter alios REIMANNI *Histor. Antedil. pag. 48.* Alii ingeniosis nec solidis principiis veritates serias superaedificent. Potius ex inductione plurium locorum Scripturae S. hicce significatus totius phrasis potest cognosci ac defendi. Ita de Abrahamo, inter Cananaeos, populum idololatriae mirum in modum fauentem tunc temporis commorante, legimus Genes. XII. v. 8. *ad montana profectus est - - ibique aedificabat Iehouae altare לְקַרְבָּן יהוה בשם* vt inuocaret nomen Iehouae. Quis est, qui nefciat, quod in montibus, nemoribus ac lucis, quippe qui loci piis meditationibus haut inconuenientes esse videntur, publicus religionis cultus olim fuerit peractus. Hinc canit LVCANVS *Libr. III. Pharf. pag. 193.* Edition. Burman.

Lucus erat longo nunquam violatus ab aevo,
Obscurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas alte submotis solibus umbras,
Hunc non ruricolae, Panes nemorumque potentes,

Syl.

Syluani Nymphaeque tenent, sed barbara ritu,

Sacra Deum structae sacris feralibus arae.

Pluribus hac de re testimoniis referta est D. KIESLINGII *Disputatio de superstitioso sub quercubus Israëlitarum cultu*. Et quis olim fuerat altarium finis & vsus? nonne hic, vt sacrificia, futurum Messiam, omnium sacrificiorum Antitypum praefigurantia Deo cum maxima fiducia sint oblata, quod probari potest ex Epistola ad Ebraeos cap. XI. v. 4. vbi sacrificiorum omnium primorum amborum Fratrum Abelis ac Caini mentio fit, & cap. IX. v. 22. Quem quoque finem & naturam sacrificiorum fuisse nuperrime euictum dedit V. P. R. A. G. MASCHEVS in *Disput. contra Arthur Ashley SYKESIVM*, quae adnexa est eiusdem solide ac erudite consignatae Dissertationi de Loco i Ioh. V. 7. Longum de sacrificiis autorum inuenies catalogum in *Annotationibus d. algem. Welth. Tom. I. p. 158*. Alter locus, qui huc spectat, iidem in se satis est perspicuus & legitur Genes. cap. XIII. v. 4. *ad locum illius altaris, quod prius fecerat*, (nam ex mente PATRICII & aliorum, altare ante abitum Abrahami exstructum, postea a Cananaeis erat deiectum) *exstruxit aliud* וַיִּקְרָא שָׁם אֲבְרָם בְּשֵׁם יְהוָה *exstruxit aliud* וַיִּקְרָא שָׁם אֲבְרָם בְּשֵׁם יְהוָה. Prius altare in eum erat exstructum finem, vt sacrificium Deo offeratur, posterius ergo in eundem scopum aedificatum fuisse, nemini dubium videri potest. De Aris scripsit Petr. BERTHALDVS & altarium scopum talem fuisse probauit. Opposuit se illi Abbas FONTENVY in *dissertationibus de aris a mundo condito ad natum Christum religionis causa exstructis*. Tertius forsán omnium clarissimus legitur locus Genes. XXI. 33. Plantauit Abraham nemus ad Beerseba religionis publicae causa (Hoc loco omnium primum nemoris fit mentio, ad cuius exemplum alia progrediente tempore ad cultum idolis habendum sunt plantata) וַיִּקְרָא שָׁם בְּשֵׁם יְהוָה יְאֵל וַיִּקְרָא שָׁם בְּשֵׁם יְהוָה & seu potius vt illic inuocaret nomen Iehouae Dei fortis (ex mente MAIMONIDIS, creatoris mundi ac omnipotentis) & aeterni, cuius quidem perfectiones antea erant cognitae, sed non publice celebratae, quibus locis addi adhuc possunt, Genes. Cap. XXVI, 25. 1 Chron. XVI, 8. Ps. CV, 1. Es. cap. XII, 4. cap. XLI, 25. &c. Quibus ex dictis hoc iterum clarum fit, quod phra-

phrasis in Scriptura S. יהוה נשם אלהים denotet illum actum, quo gloria Dei publice celebratur, eiusque perfectiones ut motiva virtutis sistuntur. Hincque concludimus, versionem LUTHERI stilo biblico exacte respondere, suaque intrinseca gaudere possibilitate.

§. X.

Nec quoque de externa eiusdem versionis certitudine ac veritate Hermeneutica est dubitandum. Intelligimus autem per illam nihil aliud, quam conuenientiam cum tempore, quo Enofus vixisse dicitur. Enofus natus fuit circa annum mundi 230, & denatus est aetatis mundo 1140, quum vixerat 905 annos, vid. §. II. Numerus hominum, qui ipsi coëxistebant, haur minimus fuit, prouti videri potest ex supputatione WHISTONI in sua theoria p. 245. & ex calculo, quem S. R. D. BAVMGARTEN in d. alg. Welth. T. I. p. 222. exhibet. Is circa mundi annum 230 numerum hominum adcreuisset ad 65,536. hic, circa eundem annum eorundem multitudinem impleuisse numerum 512 euicit. Hinc quoque haur improbabile esse potest, quod multitudo hominum circa Enofi annum 300, quo, si primus fuit praedicationum autor, cum grauitate virili locutus est, & consequenter circa mundi annum 530 ascenderit ex mente WHISTONI ad 16,777,216. & ex sententia BAVMGARTEN ad 16,284. Circa Enofi mortis annum, seu circa mundi annum 1140, ex tabula WHISTONIANA erat numerus hominum 17,179,869,184. & ex tabula BAVMGARTENIANA 546,394,112. Tabula BAVMGARTENIANA in defectu, uti WHISTONIANA in excessu peccare videtur, illa enim ponit, anno 41, mundi fuisse tantum 4, haec, eodem anno 128 homines. Alter mediam teneat viam. Nos illam sequamur longe probabiliorem. Patet ex hisce, quae tabulae tradunt, ad insignem multitudinem hominum numerum circa tempora Enofi excreuisse. Ante diluuium autem quiuus Patrum familias munere Doctorisungebatur, qui omnes eos, qui e sua familia erant, religionis principia docebat, & quae ipsis aut ex traditione ovali, aut ex ipsa quadam supernaturali reuelatione, siue per somnium, siue per visionem, eccliasin ipsis facta &c. de Deo eiusque voluntate erant coguita, cum

cum aliis priuatis conuentibus communicabat. Quod haut difficulter fieri potuit, postquam numerus hominum adhuc erat exiguus, nec familia ex familia prodibat. Sed circa Enofii aetatem, e die in diem multitudine mortalium accrescente, priuata institutio haut erat commoda. Minus ergo fit improbabile, quod publici conuentus certo tempore sint habiti, quibus rudiores religionis principis fuerint imbuti, iique ad honestam sanctamque vitam viuendam sint admoniti. Vnica enim vnus hominis oratione publica, centum imo & aliquot millia hominum, breuiori tempore ac faciliori negotio institui & erudiri possunt. Hincque a priori patet, orationes sacras publicas circa hocce tempus, quo cum multitudine hominum scelera ipsorum quoque accrescebant, mortalibus fuisse pernecessarias. Recte igitur sentit *Balth. BEBELIVS*, de quo supra §. VI. loquuti sumus, quod in nostro effato ortum & originem vocationis Ministrorum ecclesiae ad praedicandum Dei verbum, quaerit. Enosum ipsum aut alium quendam Patriarchae huic *σὺγχρονον* primum orationum publicarum, quarum proximus finis est aedificatio, vsum introduxisse, ex hisce colligendum erit. Effatis virorum *θεοπνευστων* haec nostra sententia potest praeterea probari ac illustrari. Petrus Epistola sua posteriori Cap. II. v. 5. Noachum vltimum Patriarcham ante diluuium expressis verbis vocat *κῆρυκα δικαιοσύνης* cum addito *ἔγδοον*. Textus ita fuit *ἀλλ' ἔγδοον Νᾶε δικαιοσύνης κῆρυκα ἐφύλαξε*. De praedicationibus eiusdem nil certi adferri posse, per se patet. Fragmentum Noachi concionum in *Libro I. Oracul. Sybillinorum* legimus, de quo vid. *Ioh. Alb. FABRICIVS in codice Pseudepig. V. T. pag. 230. 599.* Qui plura, quae de Noachi natiuitate, studio, & indefesso labore homines conuertendi, Arabum scripta affatim fabulantur, scire cupit, is adeat *Ioh. Hew. HOTTINGERI Histor. Oriental. pag. 34. 599. & Autores der algem. Weltb. Tom. I. pag. 168 & 177.* vbi simul plures scriptores notantur. Sufficiat nobis, Petrum ideo Praeconi iustitiae titulo norasse Noachum, eo quod absque omni dubio ingruens diluuium, quo Deus vindice iustitiae suae vti voluit, mortalibus indicaret, hincque eosdem ad meliorem frugem redeundos adhortaretur. Octauus iustitiae Praeco noranter hoc loco dicitur. Sunt qui cum *LVTHERO ἔγδοον* non ad Noachum, sed potius ad

D

prae-

praedicatum restringunt, adeo ut sensus sit, nullos Deum seruasse in diluuiio praeter Noachum cum septem aliis, nimirum eiusdem vxore, tribus filiis & toridem nuribus. Alii *sydon* ad Noachum referunt, ita ut sensus sit, septem praevios Praeones iustitiae siue vindicatiuae, siue remuneratiuae illum ipsum excepisse. In qua versati sunt sententia LIGHTFOOTVS *Tom. I. Oper. pag. 3. le CENE in Project d'une Nouvelle Version, pag. 69. &c.* WOLFIVS in *Curis Philologica-Criticis* ad hunc locum citat contrarias haec sententias & simul rationes, quae pro illis pugnant. Textus verbis si tantum inhaeremus, difficulter sensus verus ac genuinus erui potest, quia constructio in se est ambigua, adeo, ut hic vel ille sensus locum habere possit. Syrus ergo Interpretem consulamus. Versio eiusdem sic se habet:

אלה למה דתמניא כרא דכנתה נתר :

i. e. Sed Noachum, qui erat octavus Praedicator iustitiae, servavit. Vocem דתמניא cur ita vertimus, clarum fit ex *D. Christ. Ben. MICHAELIS Syriarum Lib. II. Cap. III. p. 120.* ubi asserit: quod Syrorum נ respondeat Ebraeorum נפֿֿֿ, notanti Pronomen relativum cum verbo substantiuo. Vocabulum hoc idem esse cum Ebraeorum נמנש, docet *Mart. TROSTIVS in Lexico Syriaco, p. 672.* Syrus ergo vocabulum דתמניא non refert ad verbum, sic enim immediate ante verbum posuisset, sed potius ad subiectum, ad Praedicatorem iustitiae. Qua ex ratione a sensu, quem haec affert versio tantae autoritatis, recedamus, sane nil esse potest rationis. Comparemus cum his tabulam Genealogicam, quam de Posteris Sethi Moses *Genes. Cap. V. profert*, sic enim adparebit, quantum roboris pro vindicanda LUTHERI versione de concionibus ante-diluvianis Enochi tempore inchoatis, insit Petri effato. Patriarchae autem antediluviani ita sese excipiunt. In linea descendente ex familia Sethi, primus est *Enochus*, alter *Kenan*, tertius *Mahalaleel*, quartus *Ieredus*, quintus *Chanochus*, sextus *Methuselahus*, septimus *Lemechus* & octavus *Noachus*. Hinc si a *Noacho* ad Genitores ascendas, *Enochum* fuisse omnium primum publicum Oratorem sacrum, per se patet. Alter denique locus, qui huc spectat, traditur a *Iuda* in sua *Epistola v. 14. 15.* ubi oratio sacra Enochi memoratur. Disputant eruditi, unde hoc Enochi vaticinium Iudas habuerit cognitum. Quidam

ex

ex traditione orali, alii ex libro quodam Enoſi, cuius Patres mentionem in ſuis ſcriptis ſæpius iniiciunt, alii ex ipſa reuelatione ſpeciali diuina cognitionem de eo illum hauſiſſe contendunt. *Aug. CALMETVS* in bibl. Wörterb. Tom. II. p. 105. aſſerit, Iudam hocce vaticinium legiſſe in libro Enoſi, & quod non ſit ſuppoſitium, immediata inſpiratione certiorem eſſe factum affirmat. Dignus hinc fuit, qui a Doct. *Chriſt. Gottl. VÖCHER* in *Annotation.* caſtigaretur. Perinde nobis eſt, quaenam ſententia obtineat, ſi modo de re ipſa non diſputetur. Velim, vt de libris Enochi diſputaturi diſtinguant quaerſiones, num Enoſus librum conſignauerit, & num ſcripta, quae ſub eiusdem nomine circumferuntur, non alium habeant autorem. Praeter *FABRICIVM* in *Codici Pſeu-depigrapho V. T.* conferantur *A. CALMETVS* l. c. vbi de ſtudio *PEIRESCII*, magnis ſumtibus *Enochi librum de Egregoris* ſibi comparantis, mentio fit, *Thom. BANGIUS* in *Coelo Orientis* p. m. 16. ſqq. *Autoris d. algem. Welch.* Tom. I. §. 187. & *RAMBACHIVS* in *H. E.* Tom. I. pag. 99. ſqq. Enochus vocatur loco citato *βῆμος ἀπὸ Ἀδάμ.* Quam denominationem confirmat Genealogia Patriarcharum a Moſe Gen. Cap. V. conſignata. Sic enim ſeſe excipiunt 1. Adamus, 2. Sethus, 3. Enoſus, 4. Kenan, 5. Mahalaleel, 6. Ieredus, 7. Enochus, a poſtero Caini idem nomen gerente Genef. Cap. IV. v. 17. diſtinguendus. Praedicat Iudas de eo: *προφήτευσε ταῖς.* De notione Prophetæ ex ſtillo biblico egimus in *Diſp. de Origine Vaticiniorum* contra *Deiſtas* §. I. n. a. Hoc loco terminus ſtricto ſumitur ſignificatu & denotat praedictionem rei futurae, nimirum iudicii diuini hominibus eiusdem aetatis eorumque poſteris imminentiſ, ſiue id ſit vniuerſale, die omnium extremo a Chriſto, qui in S. S. ſæpius dicitur *ὁ κύριος*, cui poteſtas iudiciaria a Patre tradita eſt, habendum, ſiue particulare, per diluuium exequendum. Pertractant hoc comma *Ioh. Geo. DORSCHÆVS* in *Pentade Diſſ. Theol. eiusdem Theologiae Zacharianae* adnexa p. 555. *Guil. SVRENHVSIVS* in *Libr. κατὰ δαγῆς* pag. 708. *Herm. WITSIVS* in *Meletem.* & *b. FECHTIVS.* Ex hoc vaticinio intelligi poteſt tam materia quam forma praedicationum ante diluuium habitarum. Dogmata, quae haec Prophetia com-plectitur, concernunt doctrinam de Chriſto, futuro Iudice, de iuſti-

iustitiam remuneratoria eiusdem ac punitiva s. vindicativa, de Omnificientia illius, vi cuius quoduis verbum atque factum siue bonum, siue malum habeat perspectum, de vita beata ac infelici, de Immortalitate Animae humanae, de Angelis atque Electis iisque iamiam beatis. Quae omnia in eum adducta sunt finem, vt motiua sint hominibus eius aetatis sanctam piamque vitam gerendi ac scelera nefanda fugiendi. Quod autem indolem ac formam eiusmodi orationum concernit, patet, quod 1. hominum intellectus antea fuerit illuminandus ac conuincendus, deinde voluntas emendanda ac dirigenda. 2. Dogmata fidei cum officiis simul sint tradita. 3. Finis orationis sacrae fuerit aedificatio. 4. Voluntas ad adpetendum bonum & actuandum sat fortibus ac grauius motiuis, nimirum repraesentatione praemiorum maximorum & ad fugiendum malum repraesentatione poenarum, siue temporalium, siue aeternarum fuerit flexa. 5. Non nisi veritates sint expositae, quae minime sub sphaera rationis sed potius supra illam fuerunt positae. 6. Orationes regulis Eloquentiae naturalis, non dicam artificialis fuerint conformes, licet ex inspiratione immediata diuina Patriarchas antediluuianos saepius loquutos fuisse minime negauerim. 7. Orationes non omni ornatu Oratorio & figuris fuerint destituta, ceu patet ex verbis: Venit Messias, iam adfuit Iudex, qui impiis horrorem ac terrorem incussit, loquitur Propheta in tempore praeterito, intelligens tempus futurum. Venit Messias cum innumeris Sanctorum & Angelorum myriadibus, quibus verbis Maiestatem Iudicis diuinam & splendorem huius diei declarat. Ac quam praegnantem, fortes & emphaticas sunt notiones, quando Propheta quoduis verbum vel factum, siue bonum, siue malum, siue pii, siue impii coram tribunali Iustissimi & Omniscii Iudicis sistit. Natus fuisse dicitur hicce Propheta circa annum Mundi 622. vt ex Gen. Cap. V, 18. colligitur. Qua ex re fluit, quod Enochus cum Enofo, diem supremum circa annum 1140. obeunte, simul vixerit. vid. §. II. Quum vero ab Enocho publicae orationes, quarum scopus erat aedificatio, sint habitae, consequens est, vt quoque circa Enofi tempora praedicationes iam fuerint in vsu. Quae cum ita sint, Lutheri versionem de dicto nostro tanta, quanta Paraphrasae est possibilis, gaudere certitudine ac veritate nemo non intelliget.



99 A 6988

ULB Halle

3


002 843 919



ursprüngl. Stk. 1 nicht gezählt, da
Teil nicht zu ermitteln

6517
1078

Reise





B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

37

2.V.37 **

IX

Q. D. B. V.
 D. MAGNIFICENTISSIMO,
 SIMO PRINCIPE,
 AC
 DOMINO,
 FRIDERICO,
 REDE MECKLEBVRGICO,
 AC RACEBVRGI, COMITE SVERINI,
 STOCHII, ET STARGARDIAE
 DOMINO,
 LONGE CLEMENTISSIMO.
 PHILOLOGICO-CRITICAM
 DE
 ERI VERSIONE
 S. CAP. IV, COMM, XXVI.
 IN HONORE L. KRUGER
 X CONSENSV
 LOSOPHORVM ORDINIS,
 CE DEFENDENT,
 PRAESES
 GABRIEL PRIES,
 ROVIENSIS CON-RECTOR VOCATVS.
 ET
 RLING, ROSTOCHIENSIS,
 L. ET PHILOS. C.
 TORIO MAIORI.
 EMBR. A. clō lō cc llii.
 OSTOCHII,
 IS RÖSENIANIS.